The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)

Augustinus de libro expositis quarumdam proprositionum ex epistola ad Romanos (fol.4vb)

1. Quatuor gradus hominis distinguamus. ante legem. sub lege. sub gracia. In pace. ante legem. Sequimur concupiscentiam carnis. sub lege. trahimur ab ea. Sub gratia. nec sequimur eam. nec trahimur ab ea. In pace nulla est concupiscentia carnis.

   Itaque quattuor istos gradus hominis distinguamus: ante legem, sub lege, sub gratia, in pace. Ante legem sequimur concupiscentiam carnis, sub lege trahimur ab ea, sub gratia nec sequimur eam nec trahimur ab ea, in pace nulla est concupiscentia carnis.

   Augustinus Hipponensis, *Expositio ad Romanos*, 12.2 (CSEL 84, J. Divjak ed., pp.6-7, ll.22-24, 1-2).

2. Homo tunc peccatis uincitur. dum uiribus suis iuste uiuere conatur. sine adiutorio. liberantis gracie dei.

   Nunc enim homo describitur sub lege positus ante gratiam, tunc enim peccatis vincitur, dum viribus suis iuste vivere conatur sine adiutorio liberantis gratiae dei.

   Augustinus Hipponensis, *Expositio ad Romanos*, 37.2 (CSEL 84, J. Divjak ed., p.19, ll.15-18).